

V S V S.

Quod impij damnantur, DE O impu-  
tari non potest, sed malitiæ ipsorum  
propriæ. *Osee 13.*

II. Effecta morum, vel pertinaciæ.

1. *Irascitur Dominus.*

2. *Emittit exercitum* supra Judæos,  
Titum Vespasianum. In genere vero  
*Deut:28* super omnes cõtemtores verbi sui omnis  
generis calamitates.

3. Vocat alios, inter quos quidam si-  
ne veste nuptiali reperiuntur.

V S V S.

Demus operam, ut verâ fide, quæ est  
vestis nuptialis, simus induti, ne in novis-  
simo die cum hypocritis extrudamur.  
*Matth: 7. 25.*

## DE SECUNDO.

Festum Encaniorum ex veteri Testa-  
mento suam trahit originem. Quando-  
cunq; enim ut ex sacris literis apparet,  
ullum templum exstruebatur, initiaba-  
tur illud solennibus ceremonijs, ut de  
primo templo mobili legimus. *Exo: 40.*  
*1. Reg: 8.* de templo Salomonis: & de templo post  
*Esaiæ 6.* reditum ex captivitate Babylonicâ ex-  
structo. Nec solummodo templa initia-  
bantur, verumetiam initiationis festum  
quot-